

**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Hora 6ta Matutina.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](#)

feram cruciatus illos , quos tu in quolibet sensu
pro me pertulisti.

§. 3tius.

*Praxis horis singulis à Deo , B. V. & Sanctis fe-
licem mortem exorandi.*

Per Nadasi Praxes varias tibi suggestit , quibus quis , dum sanus est , ad mortem aliquando devotè obeundam se præparare possit. Ego ex duabus unam faciens ostendam modò , quomodo vel singulis mensibus , vel saltem per annum sèpiùs die v. g. aliquo Sabbathino , vel Deiparæ festo dies vitæ ultimus Beatissimæ Virginis Deiparæ offerendus , & à Deo , B. V. & Sanctis , quorum memoria singulis per annum mensibus ab Ecclesia recolitur , pro die isto implorandum sit auxilium ac patrocinium per singulas 24. horas diei naturalis. Et quia de nocte singulis horis id commodè fieri non potest , singulis duodecim per diem horis à 6ta Matutina ad Sextam Vespertinam exclusivè duplìcem adjiciam afféctum vel orationem. Unam ad B. V. dein alteram ex festis cuiuslibet mensis per annum inceptiendo à Januario. Sic autem quælibet per diem hora pro correspondente sibi noctis hora hic computari debet , prout horæ exceptâ Italiam numerantur in Europa.

Hora 6ta Matutina.

Offero tibi Maria Mater Dei hunc & ultimum
diem vitæ meæ cum singulis suis horis æ-
mo-

Solide devotionis exercitia. 303

momentis, ut me salvum felici æternitati ser-
ves, & SS. Trinitati sistas. Ut hoc à te & per
te impetrem, offero tibi hodie in tributum ope-
ra mea bona & devotionem, quam pro singulis
diei & iis correspondentibus noctis horis erga
te exercitatus sum. Incipio à salutatione An-
gelica devotè recitanda *Ave Maria gratiâ plena*
&c. & Antiphonâ, quâ te honorat Ecclesia
Alma Redemptoris Mater qua pervia cali, *&c.*
& omnia hâc & sequentibus horis simul offero
pro iis in purgatorio animabus, quas tu ele-
gis. Ut illæ in cœlos receptæ me morientem ju-
vent.

Ex Festis Januarii.

Circumcisæ, & à tribus Magis adorate JESÙ
misericordiæ mei nunc & in hora mortis meæ.
Amen.

S. Paule conversæ, S. Joannes Chrysostome
impetrare mihi pro morte optimam præparati-
onem.

Idem impetrare mihi, quotquot ab introitu
in religionem (hunc illum statum) sive sorte
haec tenus dati, sive ulteriorius ad mortem usque
dandi estis Patroni in mense Januario.

N.B. Hoc ultimum singulis sequentibus horis
mutato nomine mensis adjiciendum. Quilibet po-
terit etiam pro gustu suo sibi pro singulis mensibus
alia seligere festa, quam quæ ego ex P. Nadasi hic
addueo.

Hora